Del Collegio dela Comp.ª de Jesus de Salam.ca y de su libreria

Thalia Mus

Melpomene Mus

PSALMI
DAVIDIS

VARIIS CALENDARIIS ET COMEN
TARIIS GENVINVM SENSVM ET
HEBRAISMOS IVSISSIME
APERIENTIBVS

AGIL. GENEBRARDO THEO
logo Parisiensi et Archiepiscopo
Aquensi instructi.

Accesserunt postremo eiusdem Auctoris
in D. Athanasij symbolum commentarij,
ex tertio libro de S. Trinitate huc
translati, multis in locis emendati,
& Hebraicorum uerborum & Graeco
rum latina explicatione aucti.
Quibus denique nouus index
ueteri additus est, praeter Heb
qui antea notati fuerant.

CVM PRIVILEGIO

LVGDVNI
APVD HORATIVM CARDON
1607

BIBLIOTECA UNIVERSITAR

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI CAROLO LOTHARINGO CARdinali Vaudemontio.

Guilel. Genebrardus Theologus Pariſienſis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - MANCA - 15.

QVONIAM Theoſophiæ ſpatia commodo ordine conficere, tandémque tuis diuinarum rerum ſtudiis colophonem adiicere inſtituiſti, vt Cardinalitium ſplendorem extraordinariis quibuſdam decoribus (illuſtriſſime Cardinalis) illuſtriorem efficias: operæpretium facturus videor, ſi illud conſilium tuo nomini honorificum, Cardinalium Lotharingorum proprium, Vaudemontiorum Principum ſtemmatibus di-

A

LIBER PSALMORVM.

ARGVMENTVM.

B

Pios beatos, impios contrà, eſſe miſeros.

PSALMVS DAVIDIS PRIMVS.

1 BEATVS vir, qui non ábiit in conſí-
lio impiôrum, & in via peccatôrum
non ſtetit: & in cáthedra peſtilén-
tiæ non ſedit.
C 2 Sed in lege Dómini volûntas eius: & in
lege eius meditábitur die ac nocte.
3 Et erit tanquâm lignum, quod plantâtum
eſt ſecus decûrſus aquárum: quod fructũ ſuum
dabit in témpore ſuo.
4 Et fólium eius non défluet: & ómnia quæ-
cûmque fáciet proſperabûntur.
5 Non ſic ímpij, non ſic: ſed tanquàm puluis,
quem próiicit ventus à facie terræ.
D 6 Ideò non reſûrgent ímpij in iudício: neque
peccatôres in concílio iuſtôrum.
7 Quóniam nouit Dóminus viam iuſtôrum,
& iter impiôrum peribit.

INSCRIPTIO huius operis vulgata apud Hebræos, eſt ספר תהלים *Sepher Theillim*, & cõtractè תלים Genebr. in Pſal.

IN PSALMOS DAVIDIS VVLGATA EDITIONE COMMENTARIORUM.

A GILB. GENEBRARDO THEOlogo Pariſienſi, Diuinarum, Hebraïcarúmque literarum Profeſſore Regio inſtructorum.

Pars ſecunda.

Trium poſtremorum Pſalterij librorum, id eſt, à Pſal. LXXII. vſque ad finem, expoſitionem continens.

Nunc recens recognita, adnotationibus margini additis.

LVGDVNI,

APVD HORATIVM CARDON.

M. DCVII.

LVGDVNI,
Ex Typographia Claudij Morillon,
Typograph. Sereniſſ. Ducis
Montiſpenſerij, anno
Domini, 1607.

A

GILBERTI GENEBRARDI THEOLOGI PARISIENSIS, ET
B ARCHIEPISCOPI AQVENSIS SYMBOLI D. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini expoſitio, ex tertio libro eiuſdem de S. Trinitate deſumpta; & eiuſdem Pſalmorum commentariis adiuncta.

Sitne Symbolum, Quicunque vult ſaluus eſſe, *Athanaſij Alexandriæ Epiſcopi.*

CVRIOSAM quæſtionem, atque adeò
doli plenam, (vt probauit exitus) Va-
lentinus quidã Gẽtilis impietatis æquè,
C ac nominis Gentiliũ hæres, his annis in
Eccleſia Dei propoſuit, eiúſne ſit iſtud
Symbolum, cuius titulum præ ſe fert.
id eſt. D. Athanaſij. Ergo certè nũquam credideram Sa-
thanam tantùm habere in ſua membra virium, vt ipſa
poſſet in tam proiectum, impudénſque facinus vertere,
Quemadmodum nemo tum cogitaſſet hæreſes Aria-
norum, tot ætatibus ſepultas, & tam crebris, támque lo-
calibus victoriis cæſas, denuò ſub hoc mundi ſenium
emerſuras fuiſſe. Putabã enim præſcriptione tot ſæcu-
D lorum ſatis apud omnes conſtitutum eſſe, Athanaſium
dum Arianorũ perſecutiones quadraginta totis annis,
per vniuerſum Romani imperij orbem euaderet, fidei
ſuæ confeſſionem, & quaſi teſſeram alicubi edidiſſe, vt
Orthodoxis ſuæ cõmunionis hominibus pateret cau-
ſa, cur eius iugulum, tãta pertinacia, diuinitatis Domini
perduelles peterent. Meditanti autem mihi poſteà va-
riè, memoriáque repetenti, quæ olim de Athanaſio le-
giſſe potueram, ecce ſuccurrit, quod ex peruetuſto Cœ-
nobitarum Germanenſium (quorum Lutetię haud con-

Valentinus Gẽtilis impius, quã de hoc Symbolo quæſtionem mouerit.